

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI, SIMVLQVE ORNA-

tissimo præfuli D. Carolo Monsieur, ecclesie
Niuernensis Episcopo.

F. Simon Fontanus Senonensis minor, felicitatem exoptat

Paulæ in Christo perpetuam.

Nde mihi tantum arrogantia, Illustissime princeps, vt ego mi-
norum omnium minimus, obscurissimus, adeoq; tibi ignotissimus
hac epistola celsitudinem illam tuam, nisi à clarissimis viris non
appellandam adoriar? Quid mihi est consilii? Cur interpello te,
seris alioqui intentum? Sed condonaturum confido, vbi didice-
ris, quibus incensus rationibus tibi vni hancce epistolam scripserim. Scribenda
enim fuit, & non occurrit cui alij cõsultius scriberetur, quàm tibi. Accipe. Pro-
diteri erant eruditissimi cõmentarij in omnes Pauli epistolas, & aliquot euan-
gelia, quos doctissimus ac iuxta religiosissimus pater Heruæus ante annos su-
pra ducentos edidit, hætenus diuo Anselmo attributos propter singularem
quandam religionem maximæ eruditioni cõiunctam, & multam similitudinẽ
styli. At verò querebat typographus patronũ, sub cuius auspiciis tantus thesau-
rus exiret in vulgares manus, nec interim discerperetur (vt solent frequẽter bo-
norum autorum opera) magni cuiuspiam tutoris autoritate defensus. Is me cõ-
siliij sui participem fecit, rogauitque non frigidẽ oblectantem, ac meæ exilitatis
consciũ, vt si quem nouissem ad hoc auspicij munus accommodum, huic di-
carem suo nomine labores Heruæi: quos superiore anno bona ex parte reco-
gnoueram cõferens iam olim oblitissimum exemplari manu scri-
pto. Vicit me religiosa typographi improbitas, cui studium esset Pauli amato-
ribus insignem hunc thesaurum communem facere: proindeq; insutui quæriri-
tare cuiusmodi cõmentarij huiuscemodi deuoueretur. Sed neque diuturnus neq;
molestus labor fuit. Nam tu primus omnium, Præful ornatissime, occurristi, cui
Heruæani sudores cõsecrari deberet: alij, si qui se offerre velle videbantur mēti
nostræ, ac si te primum aspectassent, desinebant, perindeq; flagitabant, vt præ te
se ommitterem. Rogas fortasse, quamobrem tu mihi primus factus sis obuius.
Dicam, si non erit molestum audire. Expostulaturum mecum fuerat vetustum
illud exemplar, cum quo cõtuleram, si cui nuncupassem alij quàm tibi: cum id
è monasterio Gratia dei, cui præpositus es regendo, primum nec aliunde peti-
tum sit, sine quo non erant Pauli libri. Ipsi tantis opibus gauisuri. Hic videbam,
si fuisset litigandum, tam iustæ ex postulationi nõ posse opponere. Deinde sol-
licitabat virtutum tuarum memoria, quas spectaueram aliquoties tum, quando
me ad vos celeberrimus ille doctor, nec satis vnquam nominandus F. Petrus à
Cornibus secum, pro peculiari erga me affectu, ductabat. Non semel enim cum
illo, quanquam immeritus omnino, modisq; omnibus (fateor) indignus, factus
sum vobis conuiua in Remensi domo Lutetia, dum cum clarissimo illo cõfan-
guineo tuo ac cõpræsule Archiepiscopo Remensi, D. Carolo à Lotharingia de-
gerens: tumq; rudis licet fueram & villaticus, inter ferula tamen diuersissima ac
lautissima expẽdebam mores vestros ingenuos & verè nobiles, tuos imprimis,
illusterrime Princeps, quod vere principales iudicabam. Mirabar dignitatẽ to-
tius corporis eximiam, rarum sermonem sed serium, vultus modestia maximã,